



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno CCCXLVII. ad annum CCCCI.

**Parisiis, 1644**

VII. Vt, qui excommunicatum alterius susceperit, excommunicetur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15256**

ANNO CHRISTI 397. nis, qui existimant maiores natu vel episcopos, passim vaseque in accusationem pulsandos; debent tam facile admitti, necne? Aurelius episcopus dixit: Placet ergo caritati vestræ, vt is qui aliquibus sceleribus irretitus est, vocem aduersus maiores natu non habeat accusandi? Ab vniuersis episcopis dictum est: Si criminofus est, non admittatur: Omnibus placet.

VII.

\* Selabi-  
nianus \* for. cō-  
fensu fui  
episcopi Felix episcopus \* Selenelitanus dixit: Illud au-  
tem vestræ suggero sanctitati, vt si qui pro facino-  
ribus suis de ecclesia pelluntur, & ausi fuerint ad  
comitatum pergere, aut ad iudicia publica profili-  
re, aut forsitan ecclesiæ catholicæ limina contur-  
bare, si episcopus vel clericus cuiuslibet plebis, eos  
sine \* consensu susceperit, de his quid censetis? E-  
pigonius episcopus Bullensium regionum dixit:  
Si quis episcopus, communionem tenens catho-  
licam, huiusmodi homines, vanis blandimentis  
incidentes, temere susceperit, sciat cum his se re-  
ctissime depravatum vel damnum. Genedius e-  
piscopus dixit: Ergo recte suggesterunt fratres & co-  
episcopi, vt qui merito facinorum suorum ab ec-  
clesia pulsi sunt, si ab aliquo episcopo aut presby-  
tero vel clero fuerint in communione suscepti,  
refugientes sui episcopi regulare iudicium, etiam  
ipse pari cum eis crimine teneatur obnoxius. Ab  
vniuersis episcopis dictum est: Omnibus placet.

¶.qu. 3.  
Qui merito  
fac.

VIII.

<sup>1</sup> Alypius episcopus ecclesiæ Tagastensis, lega-  
tus prouinciæ Numidiæ, dixit: nec illud præter-

Cod. Can.  
c. 10.

Nnn iij